



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

79. Scholares an privilegio scholaritatis renunciare possint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

fringo, nisi Elemosinaria necessitatem præcisam non habeat. *Abbas d. cap. 1. in 1. de Exempt. ex vend. Fel. d. c. dilectus. Wames. d. Conf. 293. nu. 4. ut & nisi Elemosinaria sit à jurisdictione ordinarii Exempta, uti de elemosynariis ordinis Teutonico respondit Wames. d. conf. 273. nu. 4. Conc. Trid. sess. 23. cap. 38. vers. fratrum S. Joannis de Reforma. Regulariter tamen ordinarii auctoritatem habent in Jure conciliarium datam visitandi Hospitalia, Collegia quæcunque, ac etiam Confraternitates Laicorum, non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt, sive eorum licentia, ex dispositione Concil. Trid. d. 1. sess. 7. & cap. 13. & sess. 22. c. 8. Quos extenditur etiam Episcopus possit visitare Confraternitates personarum Secularium in Ecclesiis Regularium exemptorum existentes: non tamen earum Capellas, ut altaria, quæ intra easdem Ecclesias consistunt. *Barbosa tract. d. pag. 450. Secundo, extenditur etiam si fundator id prohibuerit, Si vult. verb. Hospitalia q. 1. & 2. praxis Neapol. 17. Affl. d. dec. 67. Tertio extenditur ut ordinarius, visitando possit etiam concedere statuta ad reformationem hospitalium, & Laicorum pertinentia, ut sacra Congregatio resoluit. 11. Feb. 1574. Quia præsupposita facultate visitandi, venit correctio reformatio, & per consequens veniunt statuta in ordine quæ sunt ad colligendum, reformandum; ad hunc enim effectum rationes ei reddendæ sunt, ut prava reformet, & dilapsa restauret, atque omnia ad rectæ rationis modum reducat, *Guerre. lib. 1. Canon. questio cap. 35. nu. 27.***

---

Q U Æ S T I O LXXIX.

Scholares an Privilegio Scholaritatis renunciare possint.

**D**ubitandi occasionem præbet, quod Privilegio ordini concessò renunciari non possit. *DD. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. verum omittis pluribus, verius est quod renunciate possint. glo. ult. in fin. l. si convenerit ff. de Jurisdic. om. Jud. ubi Barib. Alex. & Jus. Wames. conf. 70. nu. 3. de Judicis & foro compet. vol. 1.*

---

Q U Æ S T I O LXXX.

Ordinarius an supplere possit negligentiam Prælatorum Exemptorum.

**O**rdinarius non potest ordinaria sua potestate supplere negligentiam Prælatorum Exemptorum, sed bene delegata seu Apostolica potestate, juxta quædam